

## **Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus**

**Sotomayor, Antonio**

**Madriti, 1667**

Secvnda Classis. In Qva Libri certorum Avctorvm prohibiti, aut expurgati,  
&c. B

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81432](#)

# SECUNDA CLASSIS.

IN QVA

*Libri certorum AVCTORVM prohibiti, aut expurgati, &c.*

B

BAPTISTA Cremonensis.

Eius opera omnia.

BAPTISTA Fulgosus.

Seu, *Fulgosius*.

*Illy De dictis, factisque memorabilibus, Collectanea, Mediolani, apud Iacobum Ferrariū 1509. & postea à Iusto Guiliardo locupletata, Colonia apud Millium 1604. & Antuerpiā 1565. & Parisiis, 1578 & 1589. Circumfertur etiam in Libro, qui inscribitur, *Exempla virtutum, & vistorum*. Basil. 1555.*

Vbi fuerit Praefatio, qua incipit, *Inter cetera, & in margine fuerit, Notatiuncula Mixti Historici*, adde, *Plerique istorum sunt damnata memoria.*

Lib. i. cap. 1. *De Religionis cultu*. §. 19. qui inscribitur, *Recentiora de Marco Flavio Valerio*, dele à principio septem lineas, usque ad, *Caterum gentilitate*, exclus. — Et post alios viginti unum §§. Titulo de *Ludovico Gallorum Rege*, ubi legitur, linea ultima, *Non minus fæva in Hæreticos, lege, non minora.* — Et post alios novemdecim §§. titulo *De Ioanne Vicentino*, dele integrum §.

Cap. 6. quod est de *Mirabilibus*. §. 62. de *Heraclio Imperatore*, paulò ante finem, post ea verba, *qua poscerentur, eos præstabat*, dele septem lineas, usque ad, *Omni igitur, exclusivè.*

Lib. 3. cap. 3. *De patientia*, §. ante finem qui est, *De Ioanne, atque Hieronymo Hus*, linea ultima, post illa verba, *Cōsumpti sunt dele reliquum.* — Et §. sequentiane penultimo, de *Margarita Tridentina*, ubi legitur, *Crudeliter comburi maluit, dele vocem, crudeliter.* — Cap. 7. de *sui ipsius confidencia*. §. 4. à fine, de *Ioanne Zisca*, post illa verba faciendum censeret, dele lineam, usque ad, *Multis preliis, excl.* — Cap. 8. de *Constantia*. §. 19. de *Gregorio VII. Pontifice Maximino*, post illa verba, *Proposito dimoveri potuit, dele reliquum.*

Libro 4. cap. 1. *De animi moderatione*, §. trigesimono, de *Imberto Delphino*, post illa verba, *Religioni se dicavit, dele reliquum.* — Et cap. 3. de *Absinentia*, Titulo de *Zenovia Palmyrenium Regina*, ad finem post illa verba, *Labem non incurreret, dele duas lineas, usque ad finem §.* — Et titulo de *Clemente IIII. Pontifice*, paulò post mediū, post illa verba, *Laudetur, haud indigna, dele decem lineas, usque ad finem §.* — Cap. 8. de *Liberalitate*. Titul. de *Apollinari Alexandrino*, dele quinque lineas à principio, & incipe ab illis verbis legere, *Inter hos cū Alexandrinus, &c.*

Libro 6. cap. 2. *De ijs, qua libere facta, vel dicta sunt* §. 37. de *Ioanne Capocio*, dele integrum §. cum toto sequenti, *De Velano Provincia, &c.*

Libro 7. capit. 2. in fine, dele ultimum §. qui inscribitur, *De Pio II. Pontifice.* — Et capit. 3. de *Astu dictis, atque factis*, dele §. vigesimum tertium

H 4 cum

NDICES  
Librorum  
PROHIBITORU  
E. V.  
24.

cum sua inscriptione, de Ioanne Septimo, &c.

Lib. 8. *De reis magnorum criminum*, cap. 1. §. 18. *De Paulo Apostolo*, lin. 2. dele illa verba, *Plus quam opus est*. — Et post 5. §§. Titul. de *Ioanne Christofomo*, post medium, ubi legitur, *Populus superstitione motus*, *lege, Religione motus*. — Et cap. 6. *De ijs, qui in alios animadverterunt*, §. 8. de *Innocentio VII*. dele integrum.

Lib. 9. de *Homiaum luxu*, §. trigesimo, de *Petro Riario*, ad medium, post illa verba, *Patiatur locus occupare*, dele reliquum. — Cap. 2. de *Credulitate*, §. 9. de *Davide Iudeorum Rege*, expunge integrum. — Cap. 3. quod est, *De ira, atque odio*, dele integrum, §. de *Stephano VI. Pontifice*, & paulo inferius, dele integrum quoque, de *Bonifacio VII. Pontifice*. — Cap. 4. quod est, de *Avaritia*, dele integrum, §. de *Benedicto Pontifice*. — Cap. 5. quod est, de *Superbia*, dele integros, §§. de *Ioanne Duodecimo Pontifice*, & de *Bonifacio VII. Pontifice*. — Cap. 6. quod est, de *Perfidia, & proditione*, dele integrum, §. de *Paulo Fulgasio Cardinale*. — Cap. 10. quod est, de *Vindicta*, dele integrum, §. de *Davide Iudeorum Rege*. — Cap. 12. quod est, de *Inustatis mortis generibus*, dele, §. de *Anastasio Secundo Pontifice*.

#### BAPTISTA Mantuanus.

Ex lib. 3. sui Alphonsi, ubi inferorum loca describit, dele ab illis verbis: *Hic pendebat adhuc, usque ad, & Pontificalis adulter.*

BARTHOLOMÆVS Carranca. Mirandensis.

EIVS Catechismus Lingua vulgari, seu quacumque alia.

BARTHOLOMÆVS Chassanæus.

EIVS Catalogus Gloria Mundi. Venetijs, & Francof. ad Mænum 1579. 1586. & 1612. corrigendus.

**P**ARTE I. Consideratione 38. conclus. 48. §. *Ista Conclusio*, in fine, fol. 20. col. 3. vel pag. 38. col. 2. dele, *Et in talibus casibus, usque ad, Ponit tamen, exclus. & scribe ad marginem, Duella non nisi auctoritate publica, & raro permissa.*

Part. 3. Consider. 23. §. *Et Sacrosancta, fol. 83. col. 1. vel pag. 240. col. 2. dele vocem, Sacrosancta.*

Parte 4. Consider. 6. §. Item etiam, fol. 97. col. 4. post medium, post, Secundum ordinem Melchisedech, dele tres alias columnas sequentes, usq; ad illa verba, *Qui etiam de Christo ultra ea, qua sunt scripta, exclus.* — Considerat. 69. §. *Sed cum sint minores, fol. 113. col. 3. ante medium, post illud, Contendere de paritate, dele usque ad, sed tunc illud, exclus.*

Parte 9. Considerat. 4. fol. 192. col. 4. vel pagin. 551. col. 1. expungatur totus §. *Crederem quod iste.*

Parte 10. Considerat. 19. fol. 212. col. 3. vel pag. 612. col. 1. post verba, *Alias scientias, addit naturales.* — Et inferius, §. *Originiuris, ibi, Sed melius dicendum, dele, melius, & reponit, omnino.*

#### BARTHOLOMÆVS del Castello.

Ordinis Capuccinorum.

EIVS Liber de *Vnione anima cum Deo, prohib.*

#### BARTHOLOMÆVS Cocles.

EIVS *Anastasis Chyromantie, & Physiognomie.* — Item, *Physiognomie, compendium.* — Item, *Chyromantia, quæ huc compendio accessit. Vtrumq; quidem Coeliti inscriptum, tametq; Andrea Corvo verius tribuatur, prohibentur.*

#### BARTHOLOMÆVS de S. Fausto.

Alias Pierus, Siculus, Platienfis.

Eius Thesaurus Religiosorum. Lugduni, sumptibus Claudi Landry, 1624. nisi corrigitur.

Lib. 8. quæst. 18. pag. 601. num. 1. qui incipit, *Reprobdeo, omnes in universum Religiosos, &c.* — Et num. 2. qui incipit, *Ex quo sequitur essentia paupertatis Evangelicae, &c.* — Et num. 3. qui incipit, *Ex quo sequitur, quod ad constitendum aliquem Religiosum, &c.* Scribe in margine Pronum. 1. & sequentibus, hoc intellige in alijs Religionibus, & Religiosis, prater Societatem Iesu, ut idem auctor tenet lib. 5. q. 12.

#### BARTHOLOMÆVS Ferrariensis.

EIVS Liber de *Christo Iesu abscondito, pro solemnitate corporis eiusdem Domini nostri. Venetijs, per Cominum de Tridino 1557. corrigatur.*

Lib. 1. fol. 12. pag. 2. ante medium, ibi, *Debet*

*Dilehemus ipsum solum orare, dele, solum.* — Eadem pagina, ad finem, ibi, *Ipsum solum* grando, per ipsum solum optata postulando, delebis vocem, solum. — Folio 43, pag. 1. in fine, post illud, *David, Solomon, Petrus,* dele usque ad, per diversas vias secuti, exclusivè.

Lib. 2. fol. 100. pag. 2. à medio, post illud, *Sit ipsa concupiscentia, dele usque ad,* *De qua Christus temari noluit, exclusivè.*

Libro 3. fol. 185. pagin. 1. ante medium, post illud, *Quod fuerit praedestinatus, dele usque ad, Tertio probatur sic, excl.*

#### BARTHOLOMÆVS Fumus.

E IUS Summa Armilla, nisi corrigatur. E Parisiis, apud Martinum Iuvene, 1561. aut ex quacumque alia impressione.

Verbo, *Ecclesia, numer. i. in illis verbis, Ecclesia, que, &c. dele, est congregatio solum bonorum.*

#### BARTHOLOMÆVS Ianoes.

Eius Liber, *De Adventu Christi*, prohib.

#### BARTHOLOMÆVS Lochiensis.

Eius Liber inscriptus, *Christus Xilonicus,* prohibit.

#### BARTOLOMÆVS Milletot.

Eius Liber de Casibus, in quibus sæculares iudices, habent potestatem in Ecclesiasticos, Gallicè, aut quacumque lingua, prohib.

#### BARTHOLOMÆVS de Salignaco.

Eius Itinerarium 1587. sine nomine loci, aut Typographi. Circumfertur autem cum Itinerario Burchardi. Marpurgi 1593. sic corrigendum.

In quarto Tomo, capite 3. dele, *Nec ideo tamen, usque ad, hoc loco, exclusivè.*

Tom. 8. cap. 1. §. *Prima natio, dele ab illis verbis, Fuerit enim eorum, usque ad §. Natio secunda, excl.* — Et in eodem §. dele ab illis verbis, *Inter Latinos, usque ad §. Tertia natio, exclusivè.*

#### In D. BASILIVM.

Eius Operum. Paris. apud Michaëlem

Sonniam 1603. Notæ marg. & Index corrigendus.

In Hom. in Psalm. 32. pagin. 87. colum. 1. ante medium, dele marg. *Omnia opera, &c.* — In Hom. *De humilitate*, ante med. pagin. 305. column. 2. in fine, dele marg. *Solasides, &c.* — In Indice, dele, *Adorare Deum non licet nisi in Aula, id est Ecclesia.* — *Fidei solitus, &c.* — *Omnia opera, &c.*

E IUS DEM Sancti Basili editio Vene-  
ta, ad signum Spei, ann. 1548. per la-  
num Cornarium auctorem damnatum,  
dele in Indice.

*Opera etiam iusta, nisi ad sit charitas esse iniqua.* — Item, *Adorare Deum non licet, nisi, &c.* — Item *omnia opera*, sicut in Editione Parisiensi. — Et præterea in Prafa-  
tione, adhibe notam damnati auctoris la-  
no Cornario. — Item in Editione Paris-  
iensi, de officina Novelliana, apud Seba-  
stianum Cramoysii 1608. — Ex Indice  
dele *Adam condemnatus.*

#### BASILIVS Ponce.

Eius tractatus de *Impedimentis matrimo-  
nij*, Salmantice 1613.

Cap. 6. §. 2. quod est de *remedio inspectio-  
nis ad experimentum Virginitatis*, initio, post  
illa verba, *& maleficitiis planum est, dele 4.  
lin. usque ad, at multa sunt, exclusivè.* — Sicut  
& ubicumque illa fabulosa inspectio vir-  
ginitatis sanctissimæ Virginis Mariæ  
omnino explodenda est.

#### BEATVS Rhenanus Zelestadien- sis.

Eius Epistola, de *Primatu Petri*, prohibe-  
tur, Vbicunque reperiatur, sive seor-  
sum, sive Libro 10. operis ad Frideric-  
um Nauseam.

E IUS DEM Rerum Germanicarum, Lib.  
tres Basil. 1531. & 1551. apud Ioan. Fro-  
benium.

In Epistola Dedicatoria, que incipit,  
*Præclare de mortalium, est que Ioannis Stur-  
mij, appone illi debitam notam Aucto-  
ris damnati.*

E IUS DEM in Tertull. Annotationes,  
Ex Parisiensi. poterū sic corrigit; variae  
Tertulliani Editiones, cum Annotationis  
nibus Rhenani 1608. Prima Parisiensis,  
apud Commelium 1608. Secunda Basili-  
ensis.

## NDICES Ubrorum ROHIBITORU

E V

74.

lien. apud Frobenium 1528. Tertia Parisiensis 1545.

Quæ circuferuntur cum operibus Tertulliani, in Bibliopolio Commeliano 1608.

In lib. *De Pænitentia*, deleatur totum Argumentum eiusdem lib. quod incipit, *De Pænitentia scripturus primum Ethnico notat, &c. finitur autem, Exomologesim, velut actum pænitentiae*. — In Annotationibus eiusdem lib. ad fin. pag. 15. col. 2. à med. ad verba illa, *Instutam à Domino Exomologesim*, post illud, à *Domino institutum istum pænitentiae actum*, dele usque ad finem libri.

In lib. *de Corona Militis*, pag. 41. col. 2. à med. post illud, *Conradus Pellicanus*, dele usque ad, *Vbi prohibetur, ne quicquam, exclusivè*.

Pag. 43. col. 1. ad fin. ad verba illa, *Oblationes pro defunctis*, post illud, *Annuis diebus dormitionis eius*, dele usque ad, *Sed & in conciliatione, exclusivè*.

Pag. 46. col. 2. ante medium, ad verba illa, *Conquirendum, an in te Christi mil. conn.* deleatur tota Annotatio, quæ incipit, *Qui non permittit, &c. usque ad verbum, Exarare, exclusivè*.

In Argumento libri *de Præscriptionibus* aduersus hæreticos, quod incipit, *De præscriptionibus aduersus, &c. pag. 52. col. 2. ante medium, post illud, Apostolicam, à qua reliqua, dele usque ad, Præscribit aduersus hæreses, exclusivè*.

In Argumento lib. aduersus Valentianos, pag. 60. col. 1. in medio, post illud, *Divinitatis mysteria proponebat, dele usque ad, Cupiebat hic prestigiator, exclusivè*.

In Argumento libri, *De carne Christi*, pag. 83. col. 2. sub initium, post illud, *Mutuum esse carnem, dele usque ad, Citat ex hoc libro Tertullianum, exclusivè*.

In lib. 1. aduersus Marcionem, pag. 92. col. 2. in fine, post illud, *Infra scriptissimus, planè inimicè, dele usque ad, Hypocritam ut apocarterest, exclusivè*.

In Argumento lib. 5. aduersus Marcionem, pag. 104. col. 1. in medio, post illud, *Libris ante tractatum est, dele usque ad finem Argumenti*.

In Argumento lib. *de Exhortatione castitatis*, pag. 110. col. 2. in medio, post illud, *Adversus Ecclesiam scriptum, dele usque ad fin. Argumenti*.

In Exemplari Basileæ, apud Frobenium, impresso anno 1528. in Argumento libri *de Præscriptionibus Hæreticorum*, delean-

tur illa verba, *Ex hoc libro facile liquebit lectori, qui non sit omnino stupidus, & quæ sequuntur usque ad finem Argumenti*.

Ex lib. 4. aduersus Marcionem, statim post num. 50. vel 51. fol. 97. (propter varias impressiones) delean tur illa verba, *Baptismus, & Eucharistia, duo Sacramenta primiva Ecclesiæ, in margine*.

In libro *de Monogamia*, fol. 206. expungantur duæ notæ marginales, prior, *Anni versariorum sacrorum, &c.* posterior, *Quare ceu nuper, &c.* Et alia his similes.

In EDITIONE Parisiensi, anni 1545.

Notandum, quod hæc editio ab alijs in Librorum Tertulliani ordine, & foliorum numero longè discrepat, sed cui facile accommodari poterit expurgatio subijcenda.

Igitur in ipsa inscriptione post verba illa, *Divus Cyprianus*, dele usque ad, *Primum è tenebris, exclusivè*.

In Epistola ad Stanislaum Turzum, *Quum in hoc verè aureo, &c.* delean tur Encomia Hutteni, Vadiani; & similium hæreticorum.

In Argumento libri, *De carne Christi*, folio 6. pag. 1. in fine, dele, *In hoc libro sunt, usque ad, Citat ex hoc libro, inclusivè*.

In Argumento libri, *De præscriptionibus*, fol. 33. sub initium, dele, *Hanc nullum loco affigit*.

In Annotationibus in lib. 1. *Contra Marcionem*, fol. 52. num. 10. dele, *Sanctiōrem cibum, usque ad, Hypocritam, exclusivè*.

In Argumento libri, *fol. 5. pag. 1. in ultimis ferè lineis ipsius argumenti, dele, Porro quod, usque ad finem*.

In Argumento libri, *Contra Valentianos*, fol. 127. pag. 1. lit. A. dele, *Vide quantum, usque ad, Cupiebat, exclusivè*.

In Annotationibus ad librum, *De Corona militis*, fol. 156. pag. 1. lit. E. dele, *Homo mira sanctitatis, & eruditioñis*.

Et fol. 157. pag. 1. lit. B. dele, *Vnde Anniversariorum, &c. usque ad, Sed & in conciliatioñe, exclusivè*.

Et fol. 158. pag. 2. litera I. seu num. 9. dele, *Qui non permitit, usque ad, Eierare, exclusivè*.

In Annotationibus ad librum de *Pænitentia*, fol. 170. dele postremas lineas, *Vnde & Exomologesis, &c. usque ad finem*.

In Argumento libri *Exhortat. ad castitatem*, fol. 197. pag. 2. dele, *Quamquam veleres, usque ad finem*.

In Libro *De Monogamia*, fol. 206. pag. 1. dele

dole notas marginal. *Origo Anniversar.*  
&c. quam rem cen, &c.

BENEDICTVS Anglus de Con-  
feld.

Eius *Regula perfectionis*, continens breve,  
& lucidum compendiu totius vitæ spi-  
ritualis redactæ ad unicum punctu  
volutatis divine. Parisiis apud Carolum  
Chastellan, & Coloniæ apud Crithium.  
1610. Prohibetur.

B E N E D I C T V S Arias Monta-  
nus.

Hispalensis, vir fuit de Ecclesia Catholica,  
& de Sanctarum Scripturarum stu-  
dio benemeritus, necnon linguarum  
varietate apprimè excultus.

EX EIVS commentariis in Isaïam Edi-  
tionis Antuerpiensis 1599.

Cap. i. pagin. 43. ad illa verba, *Quo mihi  
multitudinem*, &c. Vbi, *De Sacrificio Missæ  
incruento*, &c. scribe in margine, *Ecclesia*  
& nos etiam nunc illud offerimus. — Eod.  
cap. i. pag. 52. super illud, *Si fuerint pecca-  
ta vestra, ut coccinum*, ad verba illa, neque  
eum ante Christi mortem, & resurrec-  
tione, &c. Scribe in margin. *Cautè lege*, que  
hoc loco dicuntur de iustitia, & sanitatis  
mandatis veterum Patrum, & Sanctorum  
novi Testamenti: & de concupiscentia, ut  
infelix notabitur. — Item cap. 6. super  
illud, *Princeps pacis*, pagin. 228. — Et ite-  
rum c. 32. super illud, *cultus iustitiae silen-  
tium*, pag. 719. sub initio ad verba illa, cum  
suis concupiscentiis, &c. quibus locis agit.  
*De pace concupiscentie, inter carnem & spi-  
ritum per Christum*, quasi de extinto  
fomite: scribe in marg. *Intellige eo modo*, quo  
idem auctor loquitur Iocelio Secundo, super  
illa verba, *Et eum qui ab Aquilone est*, &c.  
pag. 227. cum ibi scribit, de quo domestico, &  
perpetuo hoste, &c.

EX EIVSDEM Commentario in 12.  
Prophetas minores. Antwerp. ex of-  
ficina Christophori Plantini 1571. &  
1583. quæ posterior editio in aliquibus  
locis correctior est.

Ex OSEA Prophetæ cap. 10. super illud,  
*Seminatae vobis*, pagin. 173. lin. 35. ad illa ver-  
ba, *Verum enim verò*, usque ad, *huius olim*,  
exclus. in lin. 53. — Et pagin. 174. lin. 3. in  
illis verbis, *nullam igitur occasionem*, &c.

usque ad, *Et metite in ore misericordie, &c.*  
exclus. scribe in marg. *Quæ hic de dupliciti  
iustitia, & dupliciti fide differit, caute sunt le-  
genda, iuxta notata super Isaïam*.

In eod. OSEA, cap. 14. super illa verba,  
vocantibus medebor, pag. 212. lin. 12. in il-  
lis verbis, *igitur cum primum*, usque ad, *neq; verò alia*, excl. in lin. 25. — Et cap. 12. su-  
per illa verba, *eum, qui ab Aquilone*, p. 253.  
lin. 16. in illis verbis, *in Hebraicis verò*,  
&c. usque ad, *Hic adeo latens*, exclus. scribe  
in marg. *Quæ hic de concupiscentia, & radi-  
ce peccatorum evellenda, & de concupis-  
centia pessimorum hominum, &c. caute lege, iux-  
ta supra notata in Isaïam*.

IN HABACUC, cap. 1. super illa verba, co-  
culcante *impio in stiorem se*, pagin. 574. ante  
finem, vel pagin. 636. in illis verbis, *utilis  
etiam est*, usque ad, *atque inter hos*, exclus.  
scribe in marg. *Cautè lege, que hic dicuntur,  
de non condemnatis antiquis Philosophis mo-  
ralibus*.

IN ZACHARIA Prophetæ cap. 2. super  
illa verba, *Et possidebit Dominus*, &c. pag.  
789. lin. 32. in illis verbis, *Hic verò popu-  
lus*, &c. usque ad, *Hac brevis quedam*, excl.  
— Et inferius super illa verba, *elget adhuc  
Ierusalem*, pag. 790. lin. 1. in illis verbis,  
*qualis verò*, usque ad finem, cap. & pag. scribe  
in marg. *Quæ hic inculcat de imperturba-  
ta conscientia sine carnis rebellione, &c. in-  
tellige iuxta superius notata*. — Et in eod.  
Proph. cap. 4. super illa verba, *Et lampas  
eius*, pag. 799. lin. 20. in illis verbis, *id quod  
antiquis*, usque ad, *quam coronatam*, exclus.  
Scribe in margine, *Quæ hic de diversitate in-  
ter iustos antiquos dicuntur, intellige iuxta  
superius notata in Isaia, & Osea*.

IN MALACHIA Prophetæ, cap. 1. ad illa  
verba, *ab ortu enim Solis*, pag. 935. lin. 49.  
in illis verbis, *at verò ceteras gentes*, usque  
ad illa, & offertur nomini meo, exclus. in pa-  
gin. 937. lin. 40. scribe in margine, *Quæ hic  
dicuntur de gentibus colentibus Deum*, *Cau-  
tè lege, iuxta notata super Habacuc, & om-  
nino intellige hunc locum de sacrificio Eu-  
charistia*.

EX EIVSDEM Elucidationibus in 4.  
Evangelia. Antwerpia 1575.

MATTHÆI cap. 5. pag. 12. initio in An-  
notatione sub litera A. quæ incipit, *Concu-  
piscentiam antiqui*, scribe in margine, *Cau-  
tè lege, iuxta notata superius in Isaia, & Za-  
charia*. — Cap. 6. pag. 14. initio sub lit. B.  
quæ incipit, *Duplex est*, &c. usque ad, *benig-  
nitas*,

## INDICES librorum PROHIBITORUM

E. V.

74.

96 Index Libr. B Prohib.& Expurg.

*nitas, exclus.—Et pag. 17. sub lit. D. Nam duplex est, &c. usque ad liter. E. exclus. ubi agit de iustitia comparata, & accepta, in illis verbis, Nam duplex est, usque ad liter. E. exclus. scribe in marg. Cautè lege, & intellige iuxta notata superius in Isaia, & Osea. —Et cap. II. pag. 34. initio, sub liter. I. in Annotatione, Venite ad me, &c. scribe in marg. De extinctione veteris hominis, &c. intellige iuxta notata in Osea 14. & Zacharie 2. —Et cap. 19. pag. 65. sub lit. E. in illis verbis, Cognoverunt autem. —Et statim initio seq. pag. 66. sub lit. F. in Annotatione, quæ incipit, Multi erunt primi, &c. scribe in margin. Cautè lege, que hic de peculiari quadam cognitione, & promissione vita eterna ante mortem iustis Novi Testamenti, &c.*

*Lvcæ cap. 1. pag. 183. in fin. sub lit. K. in illis verbis, Et corpore peccati, & in illis, Idque donum certum, usque ad fin. paginae, & Annotationis, scribe in marg. Cautè lege, iuxta notata superius in Osea, & Zacharia. —Et cap. 12. pag. 229. sub liter. E. in illis verbis, Alij autem accepta, &c. usque ad, Igitur qui, exclus. scribe in margine, Cautè lege, iuxta superius notata Matth. 6. —Cap. 22. pag. 263. sub liter. G. initio in expositione verborum consecrationis, scribe in margine, Cautè lege, quod hic dicit de corpore mistico, ne quid ledat fidem de reali presentia corporis Christi in Eucharistia.*

*In IOANNEM cap. 16. pag. 341. sub litera F. in Annotatione, Qui à Patre procedit, &c. adde, & scribe, Non solum de processione personali, sed etiam, &c.*

*In ACTA Apostolorum, cap. 19. pagina 427. sub litera C. in fine Annotationis, in illis verbis, Nullis vero, &c. usque ad literam D. exclus. scribe in margine, Cautè lege, quæ hic dicitur de spiritu sanctificacionis ante Christi adventum. —Et cap. 28. p. ult. initio sub litera C. in illis verbis, Et corpore peccati, scribe in margine, Cautè lege, iuxta notata superius in Isaia, Osea, Zacharia.*

*Ex EIVSDEM Elucidationibus in omnia Sanctorum Apostolorum scripta, & in Apocalip. Antuerpiæ, ex officina Christophor. Plantini 1588.*

*In Disputatione de Christi Iesu veritate, quæ incipit, Quamquam primis illis, &c. pagina 12. scribe in margine, Cautè lege, quæ in tota hac disputatione scribitur, de gratia Novi Testamenti, quasi in illius electis extinguitur fomes peccati. De quo vid.*

*notata superius in Osea, & Zacharia. —Et pag. 17. §. Neque vero, scribe in margine, Cautè lege, iuxta superius dicta de fomite, & concupiscentia. — Pag. 20. §. Neque raro, aut rariora, in illis verbis, Super omnem humanam aleam constituti, scribe in margine, Cautè lege, iuxta superius dicta, de gratia Novi Testamenti. — Pagina 22. §. Illud præterea, ad finem in illis verbis, Nam illis morte, &c. usque ad, Cui rei, exclus. scribe in margine, Cautè lege, iuxta superius notata.*

*In EPISTOLA ad Romanos, cap. 4. super id, Quid ergo dicemus, &c. pag. 46. sub num. 1. in illis verbis, Obtinendum quidem, &c. usque ad, Ideo hanc fidem, exclus. scribe in margine, Quæ antea hic differit, de reputatione iustitiae, accipienda sunt de iustitia verè inherente, sicut ipse se explicat, Psal. 31. versic. 2. in illis verbis, Homo quidem, &c.*

*In EPISTOLA ad Galat. cap. 3. pagina 201. super id, Sicut Abraham, sub num. 6. in illis verbis, Promisit autem, &c. usque ad numerum 7. exclusivè. Scribe in margine, Non negat veram fuisse inherentem iustitiam Abrahami.*

*In EPISTOLA ad Colossens. cap. 2. sub num. 14. pag. 250. in illo verbo, Peccatique corpus. Scribe in margine, Quod hic dicit, peccatique corpus, si intelligat de concupiscentia, cavendum est, iuxta superius notata in Osea, Zacharia, Mattheo, &c.*

*In Iad Thessalon. cap. 5. sub num. 23. super illud, Deus pacis, &c. pag. 264. ad finem in illis verbis, Humanum illud, &c. usque ad, Quilegit, exclus. Scribe in margine, Cautè acipe, quod dicit, de extinctione concupiscentie, iuxta superius notata in Epistola ad Colos.*

*In EPIST. ad Hebreos, cap. 9. sub num. 9. pag. 330. super verba illa, Perfectum facere, &c. usque ad, Hoc igitur, exclus. Scribe in margine, pag. 330. ubi iterum inculcat, Ablationem corporis peccati, & concupiscentie. Cautè lege, iuxta superius notata de extinctione fomitis. —Et cap. 10. pagina 334. num. 2. super illa verba, Semel mundati, scribe eandem cautionem.*

*In EPIST. ad Petr. 1. sub num. 1. pagina 388. in illis verbis, Apud Ecclesiam Dei, usque ad, Coequalē nobiscum, exclus. Vbi iterum inculcat illud peculiare donum quorundam iustorum, scribe in margine, Cautè lege, iuxta superius notata super Matthæum, & super Prophetas.*

IN

In Epist. I. Ioan. 3. sub num. 4. super illa verba, *Qui peccatum, &c.* pag. 408. usque ad num. 5. exclus. Vbi iterum hæret in illa sua oblatione fomitis, & cōcupiscentiæ, scribe in margin. *Cantè lege, iuxta superiorius notata de concupiscentia super Matthæum, & super Prophetas.* — Et cap. 4. sub num. 1. pagina 41. super illa verba, *Multi pseudo-prophetæ, in illis verbis, Spiritus sanctificationis antiguæ, &c.* Vbi negat spiritum sanctificationis suis darum antiquis Patribus, scribe in margine, *Cantè lege, iuxta superiorius notata, super Isaïam, & super Oseam, &c.*

In APOCALYP. scribe in marg. Cum omnia huius Libri mysteria Arias referat ad triplicem hominem naturam, seu conditionem, *Divinam, Humanam, integrum, & humam lapsum,* quæ sapientiam suam extinctionem fomitis in Sanctis Novi Testamenti, præ antiquis, quam sèpè repetit, caute legendus est.

In EIVSDEM Libris octo, *Generationis, & regenerationis Adam, &c.* Antwerp. 1593. Lib. 2. c. 4. p. 91. §. *Hoc itaque exempla, in illis verbis, Tentare quidem illa, usque ad, Nō enim coronabitur, excl.* — Et aliquāto inferius in illis verbis, *Quamquam vero, &c.* usque ad *Quamquidē rē, excl.* — Et p. 92. in fine, in illis verbis, *Metuens interior, &c.* usque ad, *Et sub te erit, excl.* — Et lib. 4. c. 1. §. *Auge haec hand dñe, in p. 202. usque ad, Hanc vero, excl.* in p. 205. post med. — Et c. 2. ciudem Libri, §. *Verum enim vero, pag. 207.* post medium in illis verbis, *Et inferiore nihil pugnante, aut adversi quicquam agente.* — Et in §. *At quilex eadem in fine, pag. 208. usque ad §. Hoc itaque, excl.* — Et lib. 6. c. 9. §. *Verum enim vero, pag. 327.* usque ad, *Postulaverat quidē, excl.* — In his locis hæret in oblatione, vel extinctione concupiscentiæ, absque ulla pugna, vel rebellione carnis, quæ caute legenda.

BENEDICTVS Blancucius.

EIVS Institutiones in Linguam Sanctam Hebraicam. Romæ, apud Bartholoméum Zannetum 1608. corrigenda.

In altera ad Lectionem Præfat. quæ incipit, *Multi sunt qui, &c.* longè post medium, ubi ait, *Divina essentia in tres personas distincta, corrigere, Divina essentia in tribus personis distincta.* — Et pag. 248. sub Tit. *De radicis verborum inventione.* §. *Primum omnium, ubi ait, Una est Divina essentia in tribus personis realiter distincta, de te, distincta, scribe, distincta.*

BENEDICTVS Curtius.

EIVS Commentarij in Arresto Amorum S. Lugduni, apud Sebastianum Gryphium 1546. Arresto 5. pag. 63. sub initio, post illa verba, *Quoad Episcopos, & Archiepiscopos, dele usque ad, Quod tamen ad nostram, exclus.* — Eodem Arresto, pag. 70. ultra medium, post illa verba, *Supervacuum differere est, dele usque ad, Præsumunt enim S. Pontif. & Episcopi, exclus.* — Arresto 36. pag. 323. ad finem, dele à principio Annotationis, quæ incipit, *Ioannes Chrysostomus usque ad, Ioannes Franciscus Picus, exclus.*

BENIAMINVS Tudelensis, &c.  
Seu Cantaber.

EIVS Itinerarium, ex Hebreico Latinum factum, Benedictus Arius Montano interprete, Antwerpiae, ex officina Christophori Plantini, anno 1575. Pag. 14. ante med. post, *In qua Synagoga sacra est, dele, usque ad Inter quos Magistri, exclus.* — Et ultra medium eiusdem pag. post illud, *Antesignana est, dele usque ad In primis Kalonymos filius, exclus.* — Et post vocem, *filius, dele usque ad Theodori.* — Et post Theodori, *dele, usque ad Qui predia, & fundos, exclus.* — Pag. 16. prope med. post illud, *Sunt autem viri, dele usque ad, Prompti ad subsidium, exclus.* — Et circa finem eiusdem p. post illud, *Filium Davidis, dele usq; ad, Quem è remotis locis, exclus.* — Pag. 17. inferius, post illud, *Ibidem vero, dele usq; ad, est Abba filius Isaac, exclusivè.* — Et post vocem, *Isaac, dele usque ad, Inde post quatuor, exclusivè.* — Pagina 21. in medio §. *Inventaque sunt, ibi, decem iusti occisi, dele, iusti.* — Pagina 22. initio, post illud, *Iudei erant, dele usque ad, præcipue vero erant, exclus.* — Et post illud, *& David, dele usq; ad, inde autem Puteolos, exclus.* — Pag. 26. initio, post illud, *Gracie regionibus, dele, usque ad, Aaron Cutaneus, exclus.* — Pag. 32. prope med. post illud, *ut dixi sunt, dele, usque ad, locus in quo, exclus.* — Pag. 58. sub initium, *Hanan, Hananis, dele, usque ad, & Joseph cognominatus, exclus.* — Pag. 66. initio, ibi, *legis studio apprimè versati, post vocè, versati, dele omnia usque ad illud pag. sequent. ante fin.* Atq; *Collegia omnia Israëlitarum, &c. exclus.* — Pag. 68. ante mediū, post illud, *usque ad Indianam, dele omnia usq; ad illud, pag. sequent. prope med. Sunt autem illius metropoleos, exclus.* — Pag. 69. à medio, post illud, *Flumē metropolim ipsam, dele, usque ad, est autem metropolis ipsa magna,* I exclus.

NDICES  
Librorum  
ROHIBITORU  
E. V.  
74.

exclus. — Pag. 76. sub initio, post illud, *Nomen sanctum implorantes*, dele usque ad, *Id est etiam precantur, excl.* — Et paulo inferius post illud, *Hanan Hanassi*, dele usque ad *Atque homines, exclus.* — Pag. 112. in medio, post illud, *Dispersi commorantur, dele, usque ad illud paginae seq. circa medium, Haec igitur metropoles, exclus.* — Pag. 114. ante medium, post illud, *sibam fluvium si tam, dele usque ad fin. Itinerarij.*

## B E N O N I S.

Liber, *De vita Hildebrandi*. Impressus cum Concilij Basiliensis descriptione, per *Aeneam Sylvium*, prohib.

BERMUDVS Coveronius, *Vivariensis.*

Eius Commentarij, in titul. *de Publicis Concubinis*, prohib.

BERNARD. Giraldus du Haillan. *Eius Historia Regum Francie*, prohib.

BERNARD Salignac, *Burdegalens.*

Eius Rudimenta Graecae P. Rami Grammaticis precipue collecta. Francof. apud Andream Wechelum 1580. In prima operis inscriptione, post illud, *P. Rami, adde, Auctoriis damnati.* Expungatur Epistola Bernardi Salignaci ad Lazarum Schoneum, cui initium, *Scripta Clarissimi Philosophi, &c.* — Lib. 1. cap. 18. pag. 58. §. *Hec generaliter, post illud, pertinent, quas eti, dele usque ad, P. Ramus novissime, exclus.*

BERNARDVS Tomitanus. *Eius Expositio in Matthaeum*, prohib.

BERNARDINVS Teleius.

Eius Rerum natura. — Item, *De Somno*. Item, *Quod animal universum ab unicava nima substantia gubernatur*, prohib.

BERTRAMVS.

Eius Liber qui inscribitur, *De corpore, & sanguine Christi*, prohib.

BERNARD. Zieritz, *Brandenburg.* *Eius Commentatiuncula de Principiū inter ipsos dignitatis prærogativa*, prohib.

BIBLIA Hebraica, &c.

Eorundē Latina Interpretatio Sancte Pagnini Lucēsi, benedicti Ariæ Montani Hispalens. quorūdam aliorum collato studio, &c. Aurelia Allobrogum, apud Petru de la Roviere, 1609. In ipsa prima facie in-

scriptionis deleantur illa verba, *Qui vocationis* Apocryphi, ab Hæreticis adiecta.

BIBLIA Parisijs 1558.

Per hæredes Caroli Guillaud. correcta per Ioannem Benedictum, cum annotationibus eiusdem.

BIBLIA 1573.

Quæ inscribuntur, *Iuxta vulgatam editionem ab aliquibus Theologis Parisiensibus accurate recognita, &c. & cum tribus Indicibus, quorum secundus ea, quæ in scholijs à Ioanne Benedicto ad marginem digestis notatu dignissima occurunt, explanat, &c. Parisijs apud Sebastianum Nivellum, sub Ciconiis, via Iacobæa, 1573. Vbi in ipsa prima facie bliorum dicitur, *In hac autem edition omnia postrema, præter illa quæ in aliis, &c. Accedit Tertius Machabæorum Liber, adde ad marginem, apocryphus.**

BIBLIA Roberti Stephani, &c.

EX Bibliis cum duplii translatione, & Scholiis, *Quæ Biblia Vatabli vulgo dicuntur, Lutetiae, ex officina Roberti Stephani, ann. 1545. in forma parva.*

Post inscriptionem, & post illa verba, *Præposuimus ad Lectorem Epistola, adde, Memorus Lectorem, translationem novam, & Scholia horum Bibliorum à Roberto Stephano, Auctore damnato, primum edita, & depravata fuisse.*

Post primam Bibliorum inscriptionem, omnia, quæ sunt in proxima sequenti pagina, deleantur. — Post Præfationem Roberti Stephani ad Lectorem, dele, *Summam totius Sacre Scripturae, per duas paginas.* — Post Indicem testimoniorū à Christo, & Apostolis, in Novo Testamento citatorum ex Veteri, &c. expurgatur totus alter Index, cuius initium, *Index alter, in quo itidem Novi Testamenti testimonia ex Veteri, &c.*

In Præfationibus horū Bibliorū, quæ initio singulorū præfigūtur, in argumēto in Librū lob, quod incipit, *In terra quidem habitasse, post illud, & nomine civitatis eius Avith, dele usque ad finem Argumēti.*

IN GENESIM.

Cap. 6. num. 11. post illud, *i. ista est Historia Noë, dele usque ad, Eundem vocat, excl.*

— Cap. 14. num. 1. post illud, *Erat Babylon, dele, usque ad, Goim, Gentes frat populi, exclus.* — Eodem cap. in margine, litera D. dele notam, *Melchisedech cibis.*

ibat,&c.—Eodem cap. num. 14. post illud, *Sacerdos Deo altissimo, dele, usque ad, Cūm ait Moses, exclus.* — Cap. 15. num. 4. ibi, *Te manet huins tue fidei merita, dele, huins tue fidei.* — Eodem cap. expungatur totus numerus 13. cuius initium, *Et reputavit ei illam,* &c.—Eodem cap. in margine, litera B. dele notam, *Abram fide iustus.*

## IN EXODVM.

Cap. 18. in margine, litera C. dele notam, *Mosse secundum leges Dei,* &c.—Cap. 20. expungatur totus numerus 23. cuius initium, *q.d. Ego externa illa* &c.

## IN LEVITICVM.

Cap. 5. num. 18. post illud, *Gratiam Orationem, dele usque ad finem numeri.* — Eodem cap. n. 28. post illud, *Facta pro peccato, i.dele, usque ad, Per eum cuius erat, exclus.* — Cap. 10. n. 31. post illud, *Remittas iniquitatem, dele, usque ad finem numeri.* — Cap. 17. in marg. ante literā B. dele notam, *Sacrificia dannat, que non sunt,* &c.—Cap. 21. in margine ante literam B. expunge notam, *Sacerdos nō interferit mortuorum exequijs.* — Eodem capite in margine, litera G. expunge notam, *Promissionis sue memor Deus,* &c.

## IN NUMEROSES.

Cap. 11. in margine, litera B. in nota, *Murmuratio & infidelitas Moysi, dele, & infidelitas Moysi.* — Eodem cap. in margine, litera E. dele notam, *Infidelitas Moyssi.* — Cap. 23. expungatur totus numerus 26. cuius initium, *Non aspergit iniquitatem in Iacob,* &c.

## IN DEUTERONOMIVM.

Cap. 4. in margine, litera C. expunge notam, *Dehortatio à quacumque similitudine,* &c.—Eodem cap. in margine, litera D. tolle notam, *Imagines ne siant,* &c.—Eodē cap. deleatur totus numerus 24. cuius initium, *Corrumpatis, subaudi vos & faciatis,* &c.—Cap. 7. in margine, litera D. dele notam, *Sculptilia, sive imagines.* — Cap. 9. in margine, ante literam B. expunge notam, *Non propter iustitiam, & aequitatem cordis tribuit,* &c.—Deinde paulo inferius, dele illam aliam proximè sequentem marginalem, *Iustitia hominum.* — Cap. 11. in margine, litera D. dele notam, *Benedictio obedientibus*

*verbo, &c.* — Cap. 13. in margine, ante literam B. expunge notam, *pseudo-propheta miraculis à verbo Dei,* &c.—Deinde dele sequentem marginalem, *Miraculis tentat fidem,* &c.—Eodem cap. in margine, litera B. tolle notam, *Occidens, qui à fide, & fiducia in Deum abducere,* &c.—Eodem cap. ad marginem, litera C. expunge notam, *Civitatem, à fiducia in Deum abducit iubet ipso,* &c.—Capit. 15. in margine, ante literam B. dele notam, *Alēdi pauperes, nec permitte dū,* &c.—Eodem cap. n. 23. post illud, *Pauperibus intelligitur, dele, usque ad finem numeri.* — Cap. 17. in textu novae translationis, n. 12. post illud, *Et interplagam, & plagam, dele, usque ad, In portis tuis, surge, excl.* — Cap. 18. ad marginē, litera D. tolle notam, *Propheta aliud, quam verbum Dei prædicans,* &c.

## IN IOSVE.

Cap. 1. Expungatur totus numerus 10. cuius initium, *Ire ad dexteram* &c.

## IN REGVM I.

Cap. 2. num. 7. post illud, *Vet, Nullas est, &c. dele usque ad finem numeri.* — Eodem cap. num. 8. post illud, *Sāctus es, clemens,* &c. dele, usque ad finem numeri.—Cap. 7. in margine, ante literam B. dele notam, *Serviendum soli,* &c.—Eodem cap. n. 6. cuius initium, *Doctus inter Hebreos,* &c. dele ab initio numeri inclusivè, usque ad illud, *q. d. certe nos sumus, exclus.* — Et paulo inferius eodem numero, ibi, *Corā Domino respicētes, pro, resipescētes, rescribe, Penitentes.* — Cap. 12. in margine, litera D. expūge notam, *Propter promissiones suas parcit,* &c.—Cap. 15. n. 48. post illud, *q. d. transgredi voluntatem Dei, dele, usque ad, Tam grave est peccatum, quam velle,* exclusive.—Deinde, post illud, *Per qua futura sciuntur, dele, usque ad finē numeri.* — Cap. 17. in margine, litera D. tolle notam, *Davidis fides, & Sāulis diffidentia.*

## IN REGVM II.

Cap. 7. in margine, ante literam B. expunge notam, *Nihil vult Deus agi sine,* &c.

## IN REGVM III.

Cap. 8. in textu novae translationis, n. 96. post illud, *Procul fuerit, sive propè, dele, usque ad, Supplicaveritque tibi,* excl.

I 2 — Cap.

NDICES  
Librorum  
PROHIBITORU  
E. V.  
74.

— Cap. ii. expungatur totus numerus 6.  
cuius initium, *Hoc dicitur, nō quod, &c.* —  
Cap. 22. in margine, litera C. expunge  
notam, *Deus opera pseudo-prophetarum je-  
dicit, &c.*

## IN REGVM IV.

Cap. 2. num. 23. post illud, *Locum aliquem  
